

Varroni cives Romam polliciti remittit; bona restituit iis, quos liberius locutos hanc poenam tulisse cognoverat: tributis quibusdam publicis, privatisque praemissis, reliquos in posterum bonâ spe complet, biduumque Cordubæ commoratus, Gades proficiscitur; pecunias, monumentaque, quæ ex sano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet: provinciæ Q. Cassium præficit. Huic quatuor legiones attribuit: ipse iis navibus, quas M. Varro, quasque Gaditani jussu Varronis fecerant, Tarraconem paucis diebus pervenit. Ibi totius ferè citerioris provinciæ legationes Caesaris adventum expectabant. Eadem ratione privatim ac publicè quibusdam civitatibus habitis honoribus, Tarracone discedit; pedibusque Narbonem, atque inde Massiliam pervenit. Ibi legem de dictatore lalam, seseque dictatorem dictum a M. Lepido prætorè cognoscit.

VIII. Massilienses omnibus defessi malis, rei frumentariæ ad summam inopiam adducti, bis prælio navali superati, crebris eruptionibus fusi, gravi etiam pestilentia conflictati ex diutina conclusione et mutatione victus (panico enim vetere, atque hordeo corrupto omnes alebantur: quod ad hujusmodi casus antiquitus paratum in publicum contulerant), dejecta turri, labefacta magna parte muri, auxiliis provinciarum et exercitum desperatis, quos in Caesaris potestatem venisse cognoverant, sese dedere sine fraude constituunt. Sed paucis ante diebus L. Domitius, cognita Massiliensium voluntate, navibus tribus comparatis, ex quibus duas familiaribus suis attribuerat, unam ipse conscenderat, nactus turbidam tempestatem, est profectus. Hunc conspicatæ naves, quæ jussu Bruti consuetudine quotidianâ ad portum excubabant, sublatis

*Remittit*, perdona el dinero que los ciudadanos romanos habian prometido á Varron para la causa pública. *Locutos liberius*, por haber sido libres en hablar. *Complet*, los llena de buenas esperanzas para en adelante. *Monumenta*, alhajas. *Legationes*, embajadores. *Pedibus*, por tierra.

VIII. *Adducti ad*, reducidos á la mayor escasez de viveres. *Fusi*, derrotados en continuas salidas. *Ex conclusione diutina*, por el largo cerco y mudanza de alimentos. *Panico vetere*, de panizo añejo y de cebada dañada. *Contulerant in publicum antiquitus*, que muchos años antes tenían almacenada. *Auxiliis desperatis*, perdidas las esperanzas de que los socorriesen. *Sine fraude*, de corazon. *Nactus turbidam tempestatem*, á favor de una espesa niebla. *Excubabant ad portum*, que estaban cerca del puerto en observacion todos los dias.

anchoris sequi cœperunt. Ex iis unum ipsius navigium contendit, et fugere perseveravit, auxilioque tempestatis ex conspectu abiit; duo perterrita concursu nostrarum navium, sese in portum receperunt. Massilienses arma tormentaque ex oppido, ut est imperatum, proferunt: naves ex portu navalibusque educunt, pecuniam ex publico tradunt. Quibus rebus confectis, Cæsar magis eos pro nomine et vetustate, quam pro meritis in se civitatis, conservans, duas ibi legiones præsidio relinquit, ceteras in Italiam mittit: ipse ad urbem proficiscitur.

IX. Iisdem temporibus C. Curio in Africam profectus ex Sicilia, et jam ab initio copias P. Actii Vari despiciens, duas legiones ex quatuor, quas a Cæsare acceperat, et quingentos equites transportabat: biduoque et noctibus duabus navigatione consumptis, appulit ad eum locum, qui appellatur Aquilaria. Hic locus abest a Clupeis passuum duo et viginti millia, habetque non incommodam æstate stationem, et duobus eminentibus promontoriis continetur. Hujus adventum L. Cæsar filius cum decem longis navibus ad Clupeam præstolans (quas naves, Ulicæ ex prædonum bello subductas, P. Actius efficiendas hujus belli causâ curaverat) veritus navium multitudinem, ex alto refugeret; appulsaque ad proximum littus trireme contracta, et in littore relieta, pedibus Adrumetum profugerat. Id oppidum C. Considius Longus unius legionis præsidio tuebatur. Reliquæ Cæsaris naves ejus fugâ Adrumetum se receperunt. Hunc secutus M. Rufus Quæstor navibus duodecim, quas præsidio onerariis navibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam relictam in littore navem conspexit, hanc remulco abstraxit: ipse ad Curionem cum classe redit. Curio Marcum Uticam navibus præmittit: ipse eodem cum exercitu proficiscitur: biduoque iter progressus, ad flumen Bagradam pervenit: ibi C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus relinquit; ipse cum equitatu antecedit ad castra

*Tempestatis*, de la niebla. *Pro nomine et vetustate*, mas en atencion de lo famosa y antigua que era la ciudad.

IX. *Appulit*, aportó. *Hic locus abest*, dista este lugar de Zafara. *Stationem non incommodam*, una bahía no mala en verano. *Curaverat*, habia hecho reparar. *Ex alto* (sup. *rari*), de alta mar. *Trireme contracta*, una nave de tres ordenes de remos cubierta. *Adrumetum*, á Sisa. *Abstraxit remulco*, la llevó á remolque. *Bagradam*, Megrida. *Ad castra*, á reconocer el campo de Cornelio.

exploranda Corneliiana; quòd is locus peridoneus castris habebatur. Id autem est jugum directum, eminens in mare, utraq̄ue ex parte præruptum atque asperum, sed paulò tamen leniore fastigio ab eà parte, quæ ad Uticam vergit. Abest directo itinere ab Uticâ paulò amplius passuum mille. Sed hoc itinere est fons, quòd mare succedit, longè latèque is locus restagnat: quem si quis vitare voluerit, sex millium circuitu in oppidum perveniet. Hoc explorato loco, Curio castra Var conspicit, muro oppidoque conjuncta ad portam quæ appellatur Bellica, admodum munita naturâ loci, unâ ex parte ipso oppido Uticâ, alterâ theatro, quod est ante oppidum, substructionibus ejus operis maximis aditu ad castra difficil: et angusto. Simul animadvertit multa undiq̄ue portari acque agi plenissimis viis; quæ repentini tumultûs timore ex agris in urbem conferebantur. Huc equitatum mittit, ut diriperet, at que haberet loco prædæ, eodemque tempore his rebus subsidio sexcenti equites Numidæ ex oppido, peditesque quatuorcenti mittuntur a Varo, quos auxilii causâ rex Juba paucis diebus antè Uticam miserat. Huic, et paternum hospitium cum Pompeio, et simultas cum Curione intercedebat: quòd tribunus plebis legem promulgaverat, quâ lego regnum Jubæ publicaverat. Concurrunt equites inter se. Neque verò primum impetum nostrorum Numidæ ferre potuerunt: sed interfectis circiter centum et viginti, reliqui se in castra ad oppidum receperunt. Interim adventu longarum navium Curio pronuntiari

*Peridoneus*, y muy á propósito para acampar. *Jugum*, una eminencia derecha sobre el mar. *Ex utraq̄ue parte*, por ambos lados escarpada y áspera, pero de menos pendiente por la parte que mira á Utica. *Quòd mare succedit*, que tiene comunicacion con el mar. *Latèque is*, por lo que rebalsa allí el agua formando un gran lago. *Naturâ loci*, por su situación. *Substructionibus maximis ejus operis*, por ser obra de fábrica muy sólida. *Multaque undiq̄ue*, que conducian de todas partes muchos de sus bienes, ocupando todos los caminos. *Timore tumultus repentini*, por medio de algun repentino alboroto los trasladaban de los campos á la ciudad. *Ut diriperet atque*, para que los saqueasen y se aprovecharan del pillaje. *Huic et paternum*, tenia este derecho de hospitalidad con Pompeyo desde el tiempo de su padre, y estaba enemistado con Curion. *Publicaverat*, habia confiscado el reino de Juba. *Concurrunt*, llega á encontrarse la caballería de ambos. *Receperunt*, se retiraron á su campo. *Navium longarum*, de las galeras. *Pronuntiari*, manda intimar á las naves de carga...

onerariis navibus jubet, quæ stabant ad Uticam numero circiter ducentæ: « se in hostium habiturum loco, qui non e vestigio ad castra Corneliiana vela direxisset. » Quâ pronuntiatione factâ, tēporis puncto, sublatis anchoris, omnes Uticam relinquunt, et quòd imperatum est transeunt. Quæ res omnium rerum copiâ complexit exercitum.

X. His rebus gestis, Curio se in castra ad Bagradam recepit, atque universi exercitûs conclamatione. Imperator appellatur. Postero die Uticam exercitum ducit, et prope oppidum castra ponit. Nondum opere castrorum perfecto, equites ex statione nuntiant, magna auxilia equitum peditumque ab rege missa Uticam venire, eodemque tempore vis magna pulveris cernebatur: et e vestigio temporis primum agmen erat in conspectu. Novitate rei Curio permotus, præmittit equites, qui primum impetum sustineant, ac morentur. Ipse celeriter ab opere deductis legionibus aciem instruit. Equites committunt prælium; et priusquam planè legiones explicari et consistere possent, tota auxilia regis impedita ac perturbata (quòd nullo ordine et sine timore iter fecerant), in fugam se conjiciunt: equitatuque omni ferè incolumi, quòd se per littora celeriter in oppidum recepit, magnum peditum numerum interficiunt.

XI. Proximâ nocte centuriones Marsi duo ex castris Curionis cum manipularibus suis duobus et viginti ad Actium Varum perfugiunt. II, seu verè quam habuerant opinionem perferunt, sive etiam auribus Vari serviunt (nam quæ volumus et credimus libenter, et quæ sentimus ipsi, reliquos sentire

*Se habiturum in loco hostium*, que tendria por enemigos á los que al punto no se dirigiesen con sus naves á los reales de Cornelio. *Quâ pronuntiatione factâ*, hecha la cual intima sin dilacion levantando âncoras, etc.

X. *Ad Bagradam*, junto al rio Megrida. *Ex statione*, desde la avanzada. *E vestigio temporis*, cuando de allí á un momento vienen al primer escuadron. *Ab opere*, saca de las trincheras las legiones y las forma en batalla. *Et priusquam legiones possent*, y antes que las legiones se pudiesen del todo desenvolver y tomar puesto. *Impedita ac perturbata*, las tropas auxiliares de rei, embarazadas y sin orden. *Fere incolumi*, y habiéndose salvado casi toda la caballería.

XI. *Manipularibus suis*, de sus compañías. *Seu perferunt verè*, ó ya le contasen la cosa como la sentian, ó ya porque tiraban á sonjear á Varo...

speramus), confirman quidem certè, totius exercitùs animos alienos esse a Curione, maximè opus esse in conspectum exercitum venire, et colloquendi dare facultatem. Quà opinione adductus Varus: postero die manè legiones ex castris educit. Facit idem Curio: atque unà valle non magnà interjectà, suas uterque copias instruit. Erat in exercitu Vari Sext. Quinctilius Varus, quem fuisse. Corfinii supra demonstratum est. Hic dimissus a Cæsare in Africam venerat, legionesque eas transduxerat Curio, quas superioribus temporibus Corfinio receperat Cæsar; adeò ut paucis mutatis centurionibus, iidem ordines manipuli que constarent. Hanc nactus appellationis causam Quinctilius, circumire aciem Curionis, atque obsecrare milites cepit, « ne primi sacramenti, quod apud Domitium, atque apud se quæstorem dixissent, memoriam deponerent, neu contra eos arma ferrent, qui eadem essent usi fortunà, eademque in obsidione perpessi, neu pro iis pugnarent, a quibus contumelià perfugæ appellarentur. » His pauca ad spem largitionis addit; quæ ab suâ liberalitate, si se atque Actium secuti essent, expectare deberent. Hac habitâ oratione nullam in partem ab exercitu Curionis fit significatio: atque ita suas uterque copias reducit. At in castis Curionis magnus omnium incessit timor: nam is variis hominum sermonibus celeriter augetur: unusquisque enim opiniones fingebat, et ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat. Hoc ubi uno auctore ad plures permanerat, atque alius alii tradiderat, plures auctores ejus rei videbantur. Ci-

*Confirmant*, se aseguran con todas veras que todo el ejército estaba encontrado con Curion. *Maximè opus esse*, que era muy del caso avistarse los dos ejércitos, y dar facultad de conferenciar. *Interjectà*, y dejando en medio un pequeño valle. *Iidem ordines*, permanecian los mismos grados y compañías. *Nactus hanc causam appellationis*, valiendose de esto para tratar con algunos. *Ne primi sacramenti memoriam deponerent*, que no se olvidase de aquel primer juramento, etc. *Contumelià*, por ignominia. *Ad dit pauca his ad spem*, además les da algunas esperanzas de dadas. *Nullam in partem fit significatio*, no manifestó inclinacion alguna. *Incessit timor*, todos concibieron temor. *Fingebat*, forjaba sus opiniones. *Ubi hoc uno auctore*, lo cual luego que iba de unos á otros. *Atque alius*, y cada uno lo comunicaba á los demás...

vile bellum; genus hominum, quod liceret liberè facere, et sequi quod vellet, legiones eæ, quæ paulò ante apud adversarios fuerant (nam etiam Cæsaris beneficium mutaverat consuetudo), quæ offerrentur municipia, etiam adversis partibus conjuncta. Neque enim ex Marsis Pelignisque veniebant, ut qui superiore nocte in contuberniis; commilitonesque nonnulli graviores sermones militum vulgò durius accipiebant. Nonnulla etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant,angebantur. Quibus de causis consilio convocato, de summâ rerum deliberare incipit. Erant sententiæ, quæ conandum omnibus modis, castraque Vari oppugnanda censerent; quòd hujusmodi militum consiliis otium maximè contrarium esse arbitrantur. Postremò præstare dicebant, per virtutem in pugná belli fortunam experiri, quam desertos, et circumventos a suis, gravissimum supplicium pati. Porro erant qui censerent de tertiâ vigiliâ in castra Cornelianâ recedendum, ut majore spatio temporis interjecto, militum mentes sanarentur; simul si quid gravius accidisset, magnâ multitudine navium, et tutius et facilius in Siciliam receptus daretur. Curio utrumque improbens consilium, quantum alteri sententiæ deesset animi, tantum alteri superesse dicebat: hos turpissimæ fugæ rationem habere, illos etiam iniquo loco dimicandum putare. « Quâ enim, inquit, fiducia et opere, et naturâ loci munitissima castra expugnari confidimus? aut verò quid proficimus, si accepto magno detrimento, ab oppugnatione castrorum discedimus? Quasi non et felicitas rerum

*Genus hominum*, hombres de tal naturaleza que les era permitido hacer y seguir lo que se les antojaba. *Municipia quæ*, municipios que se ofrecian para la guerra y que se arrimaban á partidos contrarios. *Neque enim* (sup. *hi sermones*) *veniebant*, y no solo dimanaban estas conversaciones de los Marsos y Pelignos. *Ut qui* (sup. *audiebantur*) *nocte*, como las que en la noche antes se oian en las tiendas de los soldados. *Accipiebant durius*, echaban á mala parte las conversaciones libres de los soldados. *De summâ rerum*, sobre el estado de las cosas. *Sententiæ erant quæ*, opinaban algunos que se debian hacer los últimos esfuerzos. *Quòd arbitrantur*, por persuadirse que la ociosidad en la tropa era muy perjudicial cuando andaba en semejantes pláticas. *Pati supplicium*, padecer el último rigor. *De tertiâ vigiliâ*, a media noche. *Ut mentes*, para que se quietasen los ánimos de los soldados mediante algo mas de tiempo. *Si quid*, en caso de algun contratiempo. *Expugnari*, forzar.

gestarum exercitūs benevolentiam imperatoribus, et res adversæ odia concilient. Castrorum autem mutatio quid habet nisi turpem fugam, et desperationem omnium, et alienationem exercitūs? Nam neque prudentes suspicari oportet sibi parum credi; neque improbos scire sese timeri; quòd illis licentiam timor augeat, his tudia diminuat. Quòd si jam, inquit, hæc explorata habemus, quæ de exercitūs alienatione dicuntur (quæ quidem ego, aut omnino falsa aut certè minora opinione esse conflo), quantò hæc dissimulare et occultare, quam per nos confirmari præstat? An non uti corporis vulnera, ita exercitūs incommoda sunt tegenda, ne spem adversariis augeamus? At etiam, ut mediâ nocte proficiscamur, addunt, quòd majorem credo licentiam habeant qui peccare conentur. Namque hujusmodi res aut pudore aut metu tenentur, quibus rebus nox maximè adversaria est. Quare neque tanti sum animi, ut sine spe castra oppugnanda conseam, neque tanti timoris ut ipse deficiam: atque omnia prius experienda arbitror; magnâque ex parte jam me unâ vobiscum de re judicium facturum confido. » Dimisso concilio, concionem advocat militum; commemorat quò sit eorum usus studio ad Corfinium Cæsar, ut magnam partem Italiæ beneficio atque auctoritate eorum suam fecerit. « Vos enim, vestrumque factum, inquit, omnia deinceps municipia sunt secuta, neque

*Concilient* (zeugma, sirve para los dos nominativos, *felicitas y res adversæ*). Tradúzcase: como si no fueran las empresas prosperas las que granjeasen á los generales el amor del ejército, y las infaustas el aborrecimiento. *Quid habet?* el mudar los reales, ¿ qué otra cosa significa? etc. *Alienationem* (sup. *animorum*), el desafecto de la tropa. *Sibi parum credi*, que se fia poco de ellos. *Quòd illis*, porque á los segundos. *His*, á los primeros. *Aut certè minora*, ó á lo menos no tanto como lo que se piensa. *Quàm confirmari per nos*, que el que las confirmemos. *An non* (sinchisis), órden: *An incommoda exercitūs non tegenda sunt ita, uti vulnera corporis*, por ventura no debemos ocultar los defectos, etc. *Credo, quòd qui conentur peccare*, sin duda para que los malos tengan mayor libertad. *Namque res hujusmodi*, porque á semejantes excesos los contiene el pundonor y miedo, á que ninguna cosa es mas contraria que la noche. *Ut ipse deficiam*, que yo desmaye. *Facturum judicium*, que todos juntos hemos de experimentar el acierto de esta resolucion. *Quo studio eorum Cæsar usus sit*, el amor que manifestaron á César junto á Corfinio. *Neque sine causâ*, y no sin motivo César los trató con la mayor amistad, y ellos con la mayor crueldad...

sine causâ et Cæsar amicissimè de vobis, et illi gravissimè iudicaverunt. Pompeius enim nullo prælio pulsus, vestri facti præjudicio demotus, Italiâ excessit; Cæsar me, quem sibi carissimum habuit, provinciamque Siciliam atque Africam, sine quibus urbem atque Italiam tæri non potest, vestræ fidei commisit. Adsunt qui vos hortentur ut a nobis desciscatis. Quid enim est illis optatius, quam uno tempore, et nos circumvenire, et vos nefario scelere obstringere? Aut quid irati gravius de vobis sentire possunt, quam ut eos prodatis, qui se vobis omnia debere judicant? et in eorum potestatem veniatis, qui se per vos periisse existimant? An verò in Hispaniâ res gestas Casaris non audistis? Duos pulsos exercitus? duos superatos duces? duas receptas provincias? Hæc acta diebus quadraginta, quibus in conspectu adversariorum venerit Cæsar? An qui incolumes resistere non potuerunt, perditii resistant? Vos autem incertâ victoriâ Cæsarem secuti, dijudicatâ jam belli fortunâ victum sequamini, cum vestri officii præmia percipere debeatis? Desertos enim se ac proditos a vobis dicunt, et prioris sacramenti mentionem faciunt. Vosne verò L. Domitium, an vos L. Domitius deseruit? Nonne extremam pati fortunam paratos projecit ille? Non sibi clam vobis salutem fugâ petivit? Non proditi per illum, Cæsaris beneficio estis conservati! Sacramento quidem vos tenere quò potuit, cum, projectis fascibus et deposito imperio, privatus et captus

*Demotus præjudicio*, obligado de la impresion que le hizo vuestro procedimiento, dejó la Italia. *Cæsar commisit fidei vestræ me... provinciamque*, César confió á vuestra fidelidad, no solamente á mi persona... sino, etc. *Adsunt qui*, no faltan quienes os ponen en el corazon que dejéis mis banderas, y os empeñan á vosotros en una abominable maldad. *Quid enim*, y qué cosa pueden ellos desear tanto como conseguir á un tiempo el perdernos á nosotros, como el que seais traidores á aquellos, etc. *Aut qui gravius irati*, ó qué otro concepto peor pueden formar de vosotros, en fuerza de su indignacion. *Diebus quadraginta, quibus*, á los cuarenta dias despues que llegó á vista de los enemigos. *Incolumes*, cuando tenia sus fuerzas enteras. *Fortunâ belli dijudicatâ*, decidida ya la suerte de la guerra. *Ille projecit?* ¿ no os abandonó? *Petivit salutem fugâ?* ¿ no procuró salvarse huyendo sin daros parte? *Qui* (ablativo), *id est, quomodo*, como pudo obligaros con el juramento el que abatidas las insignias (en señal de rendimiento) y depuesto del mando, etc.

ipse in alienam venisset potestatem? Relinquitur nova religio, ut eo neglecto sacramento, quo nunc tenemini, respiciatis illud quod deditione ducis et capitis diminutione sublatum est. At, credo, si Cæsarem probatis, in me offenditis, qui de meis in vos meritis prædicaturus non sum, quæ sunt adhuc et meâ voluntate, et vestrâ exspectatione leviora: sed tamen sine laboris milites semper eventu belli præmia petiverunt, qui, qualis sit futurus, ne vos quidem dubitatis. Diligentiam quidem nostram, aut quem ad finem adhuc res processit, fortunamque cur præteream? An poenitet vos, quod salvum atque incolumem exercitum, nullâ omnino nave desideratâ, transdixerim; quod classem hostium primo impetu adveniens profligaverim? quod bis per biduum equestri prælio superaverim? quod ex portu sinuque adversariorum ducentas naves onerarias adduxerim? eoque illos compulerim, ut neque pedestri itinere, neque navibus commeatu juvari possint? Hæc vos fortunâ, atque his ducibus repudiatis, Corfiniensem ignominiam, an Italiæ fugam, an Hispaniarum deditionem, an Africi belli præjudicia sequimini? Equidem me Cæsaris militem dici volui; vos me imperatoris nomine appellavistis. Cujus si vos poenitet, vestrum vobis beneficium remitto: mihi meum restituite nomen, ne ad contumeliam honorem dedisse videamini. » Quâ oratione permoti milites, crebrò etiam dicentem interpellabant, ut magno cum dolore infidelitatis suspicionem sustinere viderentur. Discedentem verò ex concione universi cohortantur, magno sit animo, neu dubitet prælium committere, et suam fidem virtutemque experiri. Quo facto communitatâ omnium voluntate et opinione, consensu summo constituitur Curio, cum primum sit data potestas, prælio rem committere.

*Relinquitur nova religio*, os meteis en otro nuevo escrúpulo si, quebrantando el juramento que ahora os obliga, atendeis al que se disolvió por la deposición del capitán y mudanza de estado. *At credo*, mas sin duda que no teniendo queja de César la teneis de mí. *Qui de meis*, á quien no toca hacer mención de los beneficios, etc. *Aut quem ad finem*, ó la prosperidad y fortuna á que hemos llegado. *Sinu*, ensenada. *Compulerim*, y los redujese á términos de no poder ser socorridos con víveres ni por tierra ni por mar. *Ignominiam*, el borron de Corfinio. *Præjudicia*, los desastres anteriores á la guerra africana. *Remitto*, os restituí yo lo que me disteis. *Interpellabant dicentem*, interrumpían su razonamiento. *Cum primum sit potestas*, en teniendo proporcion pro-

XII. Postero die, productos loco eodem quo superioribus diebus constiterat, in acie collocat. Ne Varus quidem Actius dubitat copias producere; sive sollicitandi milites, sive æquo loco dimicandi detur occasio, ne facultatem prætermittat. Erat vallis inter duas acies, ut supra demonstratum est, non ita magno, at difficili, et arduo adscensu. Hanc uterque, si adversariorum copias transire conarentur, exspectabat, quò æquiore loco prælium committeret, Simul asi nistro cornu P. Actii equitatus omnis, et una levis armaturæ interjecti complures, cum se in vallem demitterent cernebantur. Ad eos Curio equitatum, et duas Marrucinorum cohortes mittit, quorum primum impetum equites hostium non tulerunt, sed admissis equis, ad suos refugerunt: relictis ab iis, qui unâ procurrebant, levis armaturæ circumveniebantur atque interficiebantur a nostris. Huc tota Vari conversa acies suos fugere, et concidi videbat. Tum Rebilus, legatus Cæsaris, quem Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere usum in re militari sciebat: «Perterritum, inquit, hostem vides, Curio. Quid dubitas uti temporis opportunitate?» Ille unum elocutus, ut memoriâ tenerent milites ea quæ pridie sibi confirmassent, sequi sese jubet, et præcurrit ante omnes: adeoque erat impedita vallis, ut in adscensu, nisi sublevati a suis, primi non faciliè enterentur. Sed præoccupatus animus Actianorum militum timore, et fugâ et cæde suorum, nihil de resistendo cogitabat, omnesque jam se ab equitatu circumveniri arbitrabantur. Itaque prius, quàm telum adjici posset, aut nostri propius accederent, omnis Vari acies terga vertit,

XII. *Constiterat*, en que habia estado acampado. *Ne Varus quidem* (tmesis), Varo tampoco duda, etc. *Prætermittat facultatem*, para no perder la ocasion de indagar el ánimo de los soldados. *Uterque exspectabat si copias adversariorum*, unos y otros aguardaban á que, etc. *Simul a sinistro cornu*, al mismo tiempo se divisa por el ala izquierda toda la caballería de P. Accio, y juntamente muchísimos de infantería mezclados. *Equis admissis*, dando espuela á los caballos. *Qui levis armaturæ procurrebant unâ*, los armados á la ligera que habian salido con la caballería, desamparados de ella, eran rodeados, etc. *Huc tota*, todo el ejército de Varo que estaba mirando. *Usus in re*, que sabia que tenia mucha práctica en la milicia. *Opportunitate temporis*, de tam bella ocasion *Impedita*, tan quebrado que los primeros no podían subir á no sostenerlos los suyos. *Præoccupatus*, sobrecogidos los soldados de Accio del temor. *Adjici posset*, antes que pudiesen echar mano de las armas...

æque in castra recepit. Quâ in fugâ Fabius Pelignus, quidam ex infimis ordinibus de exercitu Curionis, primum agmen fugientium consecutus, magnâ voce Varum nomine appellans requirebat, uti unus esse ex ejus militibus, et monere aliquid velle ac dicere videretur. Ubi ille sapius appellatus adspexit, ac restitit, et quis esset, aut quid vellet quæsivit. humerum apertum gladio appetit, paulumque abfuit, quin Varum interficeret. Quod ille periculum, sublato ad ejus conatum scuto, vitavit. Fabius a proximis militibus circumventus interficitur. Hac fugientium multitudine ac turbâ portæ castrorum occupantur, atque iter impeditur: pluresque in eo loco sine vulnere, quàm in prælio aut fugâ, intereunt. Neque multum abfuit, quin etiam castris expellerentur: ac nonnulli protinus eodem cursu in oppidum contenderunt. Sed cum loci natura, tum munitio castrorum aditum prohibebat: quòd ad prælium egressi Curionis milites, iis rebus indigebant, quæ ad oppugnationem castrorum erant usui. Itaque Curio exercitum in castra reducit, suis omnibus præter Fabium incolumibus, ex numero adversariorum circiter sexcentis interfectis, ac mille vulneratis: qui omnes discessu Curionis multique præterea per simulationem vulnere, ex castris in oppidum propter timorem sese recipiunt. Quâ re animadversâ, Varus, et terrore exercitûs cognito, buccinatore in castris et paucis ad speciem tabernaculis relictis, de tertiâ vigiliâ silentio exercitum in oppidum reducit.

XIII. Postero die Curio Uticam obsidere, et vallo circummunire instituit. Erat in oppido multitudo insolens belli diuturnitate otii: Uticenses pro quibusdam Cæsaris in beneficiis

*Pelignus quidam ex*, un soldado raso del Abruzzo. *Uti videretur unus esse*, como si fuera uno de su ejército, y quisiese, etc. *Appetit gladio*, le tiró un tajo en el hombro descubierto. *Scuto sublato ad*, amparándose del golpe con el escudo. *Nonnulli protinus*, algunos no cesaron de correr hasta meterse dentro de la plaza. *Incolumibus*, sin haber perdido otro soldado que Fabio. *Ad speciem*, para aparentar.

XIII. *Insolens*, desacostumbrada á los ejercicios de la milicia por la larga paz...

*Buccinatore*, los trompetas. El oficio de éstos era hacer señal para que se remudasen los que por la

noche hacian la guardia de vigilia á vigilia.

illi amicissimi: conventus, qui ex variis generibus constaret, terror ex superioribus præliis magnus. Itaque de deditione omnes palam loquebantur, et cum P. Actio agebant, ne suâ pertinaciâ omnium fortunas perturbari vellet. Hæc cum agerentur, nunciî præmissi ab rege Jubâ venerunt, qui illum cum magnis copiis adesse dicerent, et de custodia ac defensione urbis hortarentur; quæ res eorum perterritos animos confirmavit. Nuntiabantur hæc eadem Curioni, sed aliquandiu fides fieri non poterat: tantam habebat suarum rerum fiduciam. Jamque Cæsaris in Hispaniâ res secundæ in Africam nuntiis ac litteris perferebantur. Quibus omnibus rebus sublatus, nihil contra se regem nisurum existimabat. Sed ubi certis auctoribus comperit, minus quinque et viginti millibus longè ab Uticâ ejus copias abesse, relictis munitionibus sese in castra Corneliana recepit. Huc frumentum comportare, castra munire, materiam conferre cepit, statimque in Siciliam misit, ut duæ legiones reliquosque equitatus ad se mitteretur. Castra erant ad bellum ducendum aptissima naturâ, et loci munitione, et maris propinquitate, et aquæ et salis copiâ, cujus magna vis jam ex proximis erat salinis eò congesta. Non materia multitudine arborum, non frumentum, cujus erant plenissimi agri, deficere poterat. Itaque, suorum omnium consensu Curio reliquas copias expectare, et bellum ducere parabat.

XIV. His constitutis rebus, probatisque consiliis, ex per fugis quibusdam oppidanis audit, Jubam revocatum finitimo bello et controversiis Leptitanorum, restitisse in regno; Saburam ejus præfectum cum mediocribus copiis missum Uticæ appropinquare. His auctoribus temerè credens, consilium commutat, et prælio rem committere constituit. Multum ad hanc rem probandam adjuvat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ. His

*Conventus*, el ayuntamiento, compuesto de diversas clases de personas. *Ne suâ pertinaciâ*, no arruinae á todos con su obstinacion. *Aliquandiu fides*, pero por algun tiempo no las dió crédito. *Sublatus*, engreido. *Certis auctoribus*, luego que supo de cierto. *Bellum ducere*, y alargar la guerra.

XIV. *Revocatum*, llamado de otro guerra que tenia mas cerca *Leptitanorum*, de los de Lebuda. *His auctoribus*, creyendo estas voces vagas. *Committtere*, probar el trance de la batalla. *Proventus temporis*, la prosperidad pasada ..

rebus impulsus, equitatum omnem primâ nocte ad castra hostium mittit, ad flumen Bagradam, quibus præerat Sabura, de quo antè erat auditum. Sed rex omnibus copiis insequabatur, et sex millium passuum intervallo a Saburâ consederat. Equites missi nocte iter faciunt. Imprudentes atque inopinantes hostes adgrediuntur. Numidæ enim quâdam barbarâ consuetudine nullis ordinibus passim consederant. Hos oppressos somno, et dispersos adorti, magnum eorum numerum interficiunt. Multi verterriti profugiunt. Quo facto, ad Curionem equites revertuntur, captivosque ad eum reducunt. Curio cum omnibus copiis quartâ vigiliâ exierat, cohortibus quinque castris præsidio relictis. Progressus millia passuum sex, equites convenit; rem gestam cognovit: ex captivis quærit, quis castris ad Bagradam præsit. Respondent, Saburam. Reliqua, studio itineris faciendi, quærere prætermittit, proximaque respiciens signa: « Videtisne, inquit, milites, captivorum orationem cum perfugis convenire? Absesse regem, exiguas esse copias missas, quæ paucis equitibus pares esse non potuerunt. Proinde ad prædam, ad gloriam properate, ut jam de præmiis vestris, et de referendâ gratiâ cogitare incipiamus. »

XV. Erant per se magna quæ gesserant equites, præsertim cum eorum exiguus numerus cum tantâ multitudine Numidarum conferretur. Hæc tamen ab ipsis inflatius commemorabantur, ut de suis homines laudibus libenter prædicant. Multa præterea spolia præferabantur; capti homines, equitesque producebantur, ut quidquid intercederet temporis, hoc omne victoriam morari videretur. Ita spei Curionis militum studia non deerant. Equites sequi jubet se, iterque accelerat, ut quàm maximè ex fugâ perterritos adoriri posset. At illi itinere totius noctis confecti, subsequi non poterant; atque alii alio loco resistebant. Ne hæc quidem res Curionem ab spe mora

*Bagradam*, Megrida. *Consederant*, habian acampado sin union al orden. *Præsidio*, para defensa del campamento. *Convenit eques*, encontró y supo de la caballería, etc. *De gratiâ referendâ* de premiar vuestros trabajos.

XV. *Conferretur*, si se comparaba. *Commemorabantur inflatius*, pero ellos lo encarecian mas. *Intercederet*, todo el tiempo que pasaba. *Non deerant*, correspondian. *Alii alio*, se paraban á trechos...

batur. Juba, certior factus a Saburâ de nocturno prælio, duo millia Hispanorum et Gallorum equitum, quos sæ custodiâ causâ circum se habere consueverat, et peditum eam partem, cui maximè confidebat, Saburæ submittit. Ipse cum reliquis copiis elephantisque quadraginta lentius subsequitur, suspicatus, præmissis equitibus, ipsum affore Curionem. Sabura copias equitum peditumque instruit, atque his imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant, ac pedem referant: sese, cum opus esset, signum prælii daturum, et, quod rem postulare cognovisset, imperaturum. Curio ad superiorem spem, additâ præsentis temporis opinione, hostes fugere arbitratus, copias ex locis superioribus in campum deducit. Quibus ex locis cum longius esset progressus, confecto jam labore exercitu, sexdecim millium spatio consistit. Dat signum suis Sabura, aciem constituit, et circumire ordines atque hortari incipit; sed peditatu dumtaxat procul ad speciem utitur, equites in aciem mittit. Non deest negotio Curio; suosque hortatur ut spem omnem in virtute reponant. Nec militibus quidem, ut defessis, neque equitibus, ut paucis et labore confectis, studium ad pugnandum virtusque deerat. Sed ii erant numero ducenti. Reliqui in itinere substiterant. Hi, quamcumque in partem impetum fecerant hostes loco cedere cogebant. Sed neque longius fugientes prosequi, nec vehementius equos incitare poterant. At equitatus hostium ab utroque cornu circumire aciem nostram, et aversos proterere incipit. Cum cohortes ex acie procurrissent, Numidæ integri celeritate impetum nostrorum effugiebant; rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant, et ab acie excludebant. Sic, neque in loco manere ordinesque servare, neque procurrere et casum subire, tutum videbatur. Hostium copiarum summissis ab

*Morabatur ab spe*, detenia las esperanzas de Curion. *Affore*, que les seguiria el mismo Curion. *Incipit*, comienza á recorrer las filas y á animarlos. *Ad speciem*, para aparentar. *Negotio*, á su obligacion. *Ut defessis... ut paucis*, aunque cansados... aunque pocos en número. *Substiterant*, quedaron cansados en el camino. *Vehementius*, ni apretar mucho á los caballos. *Cornu*, por las dos alas. *Proterere aversos*, á atropellarlos por la espalda. *Procurrissent ex acie*, si algunas compañías avanzaban fuera de su formacion. *Integri*, descansados. *Circumbant*, cercábanlos al retirarse á sus filas, y no les permitian incorporarse con los suyos. *Procurrere*, ni avanzar y tentar la suerte...

rege auxiliis erebrò augebantur, Nostros vires lassitudine deficiebant. Simul ii, qui vulnera acceperant, neque acie excedere, neque in locum tutum referri poterant, quòd tota acies equitatu hostium circumdata tenebatur. Hi de suà salute desperantes, ut extremo vitæ tempore homines facere consueverunt, aut suam mortem miserabantur, aut parentes suos commendabant, si quos ex eo periculo fortuna servare potuisset. Plena erant omnia timoris et luctûs. Curio, ubi, perterritis omnibus, neque cohortationes suas neque preces audiri intelligit, unam, ut in miseris rebus spem reliquam salutis esse arbitratus, proximos colles capere universos, atque eò inferri signa jubet. Hos quoque præoccupat missus a Saburâ equitatus. Tum verò ad summam desperationem nostri perveniunt, et partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt. Hortatur Curionem Cn. Domitius præfectus equitum, cum paucis equitibus circumstans, ut fugâ salutem petat, atque in castra contendat: et se ab eo non discessurum pollicetur. At Curio, nunquam amisso exercitu, quem a Cæsare fidei suæ commissum acceperit, se in ejus conspectum reversurum confirmat; atque ita prælians interficitur. Equites perpauci ex prælio se recipiunt. Sed ii, quos ad novissimum agmen, equorum reficiendorum causâ, substitisse demonstratum est, fugâ totius exercitûs procul animadversâ, sese incolumes in castra conferunt. Milites ad unum omnes interficiuntur.

XVI. His rebus cognitis, M. Rufus quæstor in castris relictus a Curione cohortatur suos, ne animo deficient. Illi orant atque obsecrant, ut in Siciliam navibus reportentur. Pollicetur, magistrisque imperat navium, ut primo vespere omnes scaphas ad litus appulsas habeant. Sed tantus fuit omnium

*Nostros*, desmayaban de cansados los nuestros. *Unam spem... reliquam*, el único remedio ó esperanza de vida. *Inferri*, y dirigir allí las banderas, los escuadrones. *Integri*, mueren sin heridas. *Circumstans*, que estaba inmediato. *Ad novissimum agmen*, que se quedaron atrás para que descansasen los caballos, como ya dijimos.

XVI. *Omnes scaphas appulsas*, que al anochecer tengan prevenidas todas sus lanchas en la ribera...

*Milites*, en lugar de *pedites*, los de á pié.

terror, ut alii adesse copias Jubæ dicerent, alii cum legionibus instare Varum, jamque se pulverem venientium cernere (quarum rerum nihil omnino acciderat), alii classem hostium celeriter advolaturam suspicarentur. Itaque perterritis omnibus, sibi quisque consulebat. Qui in classe erant, proficisci properabant. Horum fuga navium onerariarum magistros incitabat. Pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant. Sed tanta erat completis littoribus contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent, ut multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui ob timorem propius adire tardarentur. Quibus rebus accidit, ut pauci milites patresque familiæ, qui aut gratiâ aut misericordiâ valerent, aut naves adnare possent, recepti in Siciliam incolumes pervenerent. Reliquæ copie, missis ad Varum noctu legatorum numero centurionibus, sese ei dederunt. Quorum cohortes militum Juba postero die ante oppidum conspicatus, suam esse prædicans prædam, magnam partem eorum interfici jussit, paucos electos in regnum remisit. Cum Varus suam fidem ab o lædi quereretur, neque resistere auderet, ipse equo in oppidum vectus, prosequentibus compluribus senatoribus, quo in numero erat Ser. Sulpicius et Licinius Damasippus, paucis diebus, quæ fieri vellet Uticæ constituit atque imperavit, diebusque post paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit.

*Instare*, que estaba encima. *Consulebat sibi*, atendia á su propio remedio. *Lenunculi*, pocos barcos acudian á cumplir con lo que se les mandó. *Sed tanta*, pero estando llena de gente la ribera, era tan grande la altercacion sobre quienes, etc. *Ut multitudine*, que con el tropel; y cárgandose mucho los barcos, algunos se ahogaron. *Reliqui*, y los demás se recelaban de acercarse. *Valerent aut gratiâ*, que ó por favor ó compasion que de ellos tenian, ó porque nadando pudieron alcanzar las naves, etc. *Suam fidem lædi*, que se quebrantaba la palabra que tenia dada.